

Comunicato stampa della Conferenza Episcopale Italiana

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 2382/03/L ITALIAE

Fideles per omnem Italiam gestus et opera Sancti Pii de Pietrelcina, presbyteri, tamquam signum Divinae Providentiae praesidio omnibus saepe eminuisse asseverant, qui in peculiaribus aenunnis sive vitae cotidianiae sive adiunctorum praecipuae difficultatis versantur. Ipsius Sancti intercessions semper valuerunt, ut necessitatibus indigentissimarum populi partium haud forte et utiliter succurrerentur.

Eundem Sanctum clerus atque christifideles Italiae peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc magis ac magis invocant. Inde Eminentissimus Dominus Cardinahs Camillus Ruini, Santissimi Domini Nostri Papae in Urbe Vicarius atque Praeses Conferentiae Episcoporum Italiae, communia excipiens vota, electionem Sancti Pii, presbyteri, in Patronum apud Deum Consociationum Voluntariomn Civibus Praesidiantium in Italia rite approbavit. Idem vero, litteris die 26 novembris 2003 datis, enixe rogai ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructions "De calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis", n.30, confirmetur.

Congregatio porro de Culto Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice IOANNE PAULO II tributarum, attentis expositis, precibus annuii atque

SANCTUM PIUM DE PIETRELCINA presbyterum, PATRONUM APUD DEUM
CONSOCIATIONUM VOLUNTARIORUM CIVIBUS PRAESIDIANTIAM IN ITALIA confirmat,

omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Ex *aedibus* Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 21 februarii 2004.

+ Dominicus Sorrentino Archiepiscopus a Secretis

Franciscus Card. Arinze Praefectus

